Rozprawy
do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynow. za 5 złt.

Książka dezynfekowana

Po przeglądnięciu
umyć ręce

Carolus Gustavus 17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrik 19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmann Johann 21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmann Johann 23. *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmann Johann 27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmann Johann 33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes omnis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1651. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. **P ę k a l s k i** Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epis. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. **P e t e r e k** Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. **P e t r i c i u s** Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. **P i a s e c k i** Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac p[o]tentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos con[fe]cta Olivae 1660. 4to (str. 22)

1 b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Castell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cus[tr]ini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7 g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johann 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 16[5]8. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 16[5]8. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conjcta

(str. 84)
gyrice. b. m.

i Hungariae.

is Poloni In.
sky Castll.
explicat, qid
cis. Custini

ncto pacis et
)

licum. b. n.

. m. 1653.

io in Epis.

Dioec. P-
tia, in Or.
uiae 1654.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe.

lectorii. b

bina, pri
d collegium

discussio-

et Regem

COMPARATIO

Inter

CLAUDIUM TIBERIUM
PRINCIPEM,

ET

OLIVARIUM CROMWELLIUM
PROTECTOREM.

Inſtituta

à

PETRO NEGESCHIO.

Excuſa Typis

ANNO M. DC. LVII.

QUotiescunque miseram & horrendam temporis nostri conditionem & in illa Angliæ statum considero, cum Heraclito conclamatam nostram deploro fortunam; & exclamo cum Seneca, tùm demum consummatam esse omnium rerum infelicitatem, cum peccata mores fiunt, & vitia pro virtutibus habentur. Obstupescet posteritas, cum leget annales, sed horum Conditores aggredientur opus variis obnoxium casibus, cruentum præliis, horrendum seditionibus, ipsa pace sævum. Rex Optimus, potentissimusque inaudito & stupendo exemplo à Sceptro ad Carnificis securim dejectus; Principes decollati, aut in quatuor partes dissecti, Equites ad crucem acti, plena exiliis maria, littora cædibus infecta. Bella civilia, Patrium solum civium sanguine madidum, coloratus eodem Oceanus ad Occidentem & Orientem alteriusque solis domum per bella externa, sed exitu infausta. Religio ostentui sumpta, sed in varias opiniones sæpeque ridiculas secta, in superstitione imaginariâ superstitio fœda, leges in ore circumlatæ, sed pedibus tritæ; diruta templa, pollutæ ceremoniæ, Nobilitas, opes, omissi gestique honores pro crimine, & ob virtutem certissimum exitium. Nec minus præmia illorum, qui hæc facinora patrarunt, invisa, quàm scelera, cum alii Regna & Regum reditus atque palatia, alii Nobilium & Patriciorum villas & opes variaque munera ut spolia adepti, agunt vertuntque cuncta odio & terrore. Corrupti in Principem subditi, in Dominos servi, in Patronos clientes, in Parentes Filii, & quibus deerat inimicus, per amicos oppressi, ingenui homines, spreta Christianorum consuetudine, venditi, tota Regna ad servitutem delapsa. Non tamen adeo virtutum sterilis Anglia, ut non & bona exempla prodiderit. Ubi vel fortuna vel virtus viros defecit., inter virgines fuit Andromache, quæ suum caput in discrimen exponendo Unctum Domini servavit, illumque Parricidarum furijs atque insidijs subtraxit. Comitatæ sunt profugos liberos matres, secutæ in exilium maritos, aut illos morituros consolatæ uxores, propinqui animosi, contumax etiam adversus tormenta servorum fides. Constans adversus mortem Principum Virorum vultus & animus, mors ipsa fortiter tolerata, & laudatis antiquorum moribus, imo superatis, pares exitus.

Præter multiplices rerum humanarum afflictiones, cœlo terraque prodigi visus Cometes, cœlum pluit sangvinem, aër classium pugnantium formavit siones, visi abortus, futurorum Præsagia ambigua, tristia, manifesta. Neque u-quam memorabilioribus Populi Anglicani sanguine, cædibus atque sediti-nibus magis approbatum est, non esse curæ Deo securitatem illius, esse ulti-nem. Abominabilia hæc mala & justam Dei iram provocavit perturbatrix mnium rerum humanarum ambitio, quam Marcus Antonius Cataldi ven-stissimâ venere depinxit, cum in hos versus in sua vernacula laxaretur:

O di discordie crisse altrice vera:
Rapine di virtu, ladra d' honori.
Che di fasti, di pompe, e di splendori:
Sovra' l corso mortal ti pregi altera.
Tu sei di glorie altrui nemica fiera:
Madre d' Hipprosia, fonte d' errori.
Tu gl' animi auvelani, è infetti i cuori:
Via piu di Tisifon, piu di Megera.
Tu festi un nuovo Dio stimarsi annone:
D' Etna Empedocle essorsi al foco eterno.
O di morte ministre ambitione:
Tu dunque à l' onde stigie, al lago Averno,
Torna, che senza te langue Plutone:
L' al me non senton duol nulla è l' inferno.

Furiosa hæc dominandi cupiditas nullis circumscribitur metis, tendit plus tra, ab orbe non capitur universo, altera manu complectitur Orientem, alt Occidentem nunquam se satiatura. Armat parricidiali ferro Parentes adv-sus filios, hos adversus illos; subministrat uxoribus insidias atque venenun maritos, facit fratrum sacramenta diversa, consumit plus hominum sceler armis, quam naturali fatorum conditione. Hæc contagiosa lues Angliam g-vissimis excarnificavit doloribus, quos qui referre vellet, vasta posset scrib annalium monumenta. Ego sub mitioris fortunæ, quâm à Numine spero, st uberius in scripto, quod edam, hæc tractabo: nunc breviter Principem *T-rium* & *Cromvvellium* Protectorem comparo; imitaturus Pictorem, qui c Cyclopis formam in unicam non posset transferre tabellam, pollicem art-ciosa expressit manu, ut ita de reliqua corporis posset judicari statura. Scio *ram esse temporum felicitatem*, ut Tacitus ait, *ubi ea quæ velis, sentire, & quæ tis, liberè dicere liceat*: Sed Tiberius ipse, ut interdum cupiebat præ pud

scri

scripta ignota & celata cuncta, ita ea nonnunquam ipse protulit ultro atque vulgavit, addiditque in libera civitate, liberas linguas, liberas mentes esse oportere. Et quamvis deinde implacabilius in illos, qui veritatem scribebant, exardesceret: nihilominus Cremutius Cordus, cum postularetur futili crimine, quia Cassium laudaverat, Tiberium rectè perstringit, cum ad Patres conversus, *Suum cuique*, inquit, *posteritas rependit: nec deerunt si damnatio, ingruit, qui non modo Cassii & Bruti, sed etiam mei meminerint.* Et quanquam Patres libros per Ædiles cremandos esse censuerunt, manserunt occultati & editi: quo magis socordiam eorum irridet Tacitus, *qui præsenti potentia credunt exstingui posse etiam sequentis ævi memoriam*: *nam contra*, subjicit ille, *punitis ingeniis gliscit autoritas, neque aliud externi Reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi illis gloriam peperêre.* Si possent decora ingenia cogere Tyranni, ne scriberent veritatem, omnia supprimerent opera: & si Tacitus edidisset historiam scelerum indagatricem, Principe vivente, & ipse, & liber damnati essent: & pulcherrimus Plinii Panegyricus, si Domitianus fuisset superstes, judicatus fuisset famosus libellus, & autor capitalis supplicii reus. Ego sum exterus, neque Tiberium, neque Cromvvellium aut odio aut beneficio cognitos habeo, sed ex amore veritatis hunc illi esse similem ostendo, utpote callidissimo seni & simulandi ac dissimulandi Artifici, qui abstrusa sua mente intectus Caligulam, Claudium, Neronem, & Domitianum cruentos quidem, sed emotæ plane mentis Tyrannos superavit. Et quidem, quod Tiberius, forte orto sermone, Caligulæ Sullam irridenti prædixit, omnia Sullæ vitia & nullas ejusdem habiturum Virtutes, hoc de Protectore adseveraverim, qui cædibus & vitiis illi, cum quo confertur, non cedit, sed sæpè virtute. Genere, pueritia, rebus gestis in juventute & ubique ipsi est impar. Patricia gens Claudia, ex qua Tiberius ortus est, duodetriginta Consulatibus, Dictaturis quinque, Censuris septem, Triumphis septem, duabusque Ovationibus inclaruerat. Cromvvellii prosapiam modicæ originis pauci in Anglia, nemo apud exteros hactenus novit, nisi jam constaret *VVillemsooniam* illam vocari. *Cromvvellii* nomen per casum in illam transmigravit: quippe Cromvvellius Cancellarius reus factus læsæ Majestatis, jubente Henrico Octavo, securi percussus fuit, & forte postea Willemsonius quidam, qui illi non cognatione, sed multa familiaritate conjunctus fuerat, cum lugubri & ad pedes luxuriante pallio in Area Arcis spatiaretur, Rex, quis nam ille esset, interrogavit. Cumque audiret illum in Cromvellii honorem atrum assumpsisse habitum, per ludibrium hominem, quotiescunque occurreret, eo nomine appellavit, & hic jocus ab Aulicis exceptus

& continuatus Willemſoniis illud nomen proprium fecit. *Tiberii* educatio fui
magnifica in Regnatrice domo: *Cromvellii* abjecta inter privatos lares. Ille pue
novem annorum publicè ingenii & eloquentiæ ſpecimina dedit, cum defun
ctum Patrem laudaret pro Roſtris : pubeſcens Auguſti triumphantis funali e
quo comitatus eſt currum, & civilium officiorum rudimentis in terrarum Do
mina urbe Reges & populos, cognoſcente Auguſto, defendit. Hic ut terræ fili
us latuit, in popinis & luxuria ſepultus, & inter aleæ convivandique exercitia e
loquentiam & mores acquiſivit, judicii ad prava ſolertiſſimi capax. Generoſi
animi impetus Tiberium ad militiam exſtimulavit, qui bello egregius Regi
bus regna amiſſa reſtituit, pro tribunali diademata impoſuit, non ſua eripuit
Provincias rexit cum laude, omnia officia percurrit, mox ſuam ambitionem
coacturus in Rhodo civile vitæ genus inſtituit, ſed revocatus graviſſimum o
mnium externorum bellum poſt Punica in maximis geſſit difficultatibus, toti
Regnis in ditionem redactis. Dignus fuit profecto Triumpho, quem ab exte
ris gentibus, non à Patria; ab hoſtibus, non à Principe ſuo aut civibus, ſplendi
dis honorum titulis decretis, ſed rejectis egit, in illo ipſo pius & modeſtus, ut
priusquam in Capitolium flecteret, deſcenderet è curru, ſeque præſidenti Pa
tri ad genua ſubmitteret. Hæc omnia laudem merentur, ſed o dolor! o lachri
mæ! cum ad militiam Cromwellii me converto, frontē ferio, & ad ipſius tech
nas, & ex illis tanquam ex hydra Lernæa repullulantia mala, & cædes & parrici
dia obſtupeſco. Paululum ſuſius neceſſe eſt hæc explicem, quippe Tiberio
qui, Patre vivente, vir bonus imperium confirmatum expectavit, hic longè de
terior, Patrem Patriæ, & Regem ſuum prodidit, evertit, occidit, inaud: rau
dibus, & abominandis exercitu rebellium, quibus militabat, & quibus gratia
retulit Dei judicio illorum factis dignas, ad ſuos nutus converſo atque perſua
ſo. Non virtus, ſed deſperatio eum ad prima militiæ tyrocynia coëgit: patri
monio quippe decocto, quicquid reſtabat, ad condncendam equitum cohor-
tem impendit, ut in civilibus bellis adverſus Regem ſpoliis & ſtipendiis ino
piam ſublevaret, fortunæ confiſus, ſed tantam, qua ſublatus eſt in altum, ut An
gliæ foret flagellum, nequaquam per inanes alicujus ſomnii ſpecies aut imagi-
nationes tunc temporis complexus. Primum argumentum famæ fuit, ut mili-
tem haberet mundit e veſtium & armorum ſpectabilem, deinde ut fortuna po-
tius quam prudentia velitationes aliquot feliciter ſuccederent; quas deinde
continuavit: mox providus & gloriæ cupiens aliquot Regis turmas pericul
imminentis ſecuras proſtravit. Ita inter Duces militares inclareſcere cœpit, ſed
hæc omnia ad ſubliminiores honorum gradus non evexiſſent eum niſi ad alias ſ

conver-

onvertiſſet artes. Religionem igitur animadvertit efficaciſſimum eſſe remedi-
m vulgus occupandi, quod ſæpe ignarum, quid ſit Religio, aut quæ Magna-
um vitia ſub ipſius prætextu lateant, cæco impetu ducitur, ita ut illi ſæpe pug-
are velint pro Religione, in qua educati ſunt, qui, ſi vitam illorum inſpicias,
ullam habent. Animadverterat, ut Sagax judicii erat, illos qui primum adver-
us Regem capeſſerant arma, his artibus uſos fuiſſe, ut fecem vulgi primum &
Tyrones Opificum Londinenſium concitarent in Regem, quem naturâ & in-
ole Angli devoto pectoris & animi cultu ſolebant venerari, & ceſſiſſe ex animi
ententia illorum conatus, cum perſuaſa multorum capitum beſtia Pontifici-
m Religionem inductum iri clamaret. Hinc ille alia meditari cœpit, ut mili-
es, quos in Presbyterianos & Independentes diviſos eſſe cernebat, ſui per-
ulceret favore, & quia Independentes potentiores fieri poſſe credebat, ita
orum ſe partibus adjunxit. Accidit ſæpe, ut gregarius miles lingua & crebris
colloquiis totum exercitum concitaret. Percennius quidam, ut Tacitus refert,
Dux olim Theatralium operarum, deinde miles, procax lingua & miſcere cœ-
us hiſtrionali ſtudio doctus, imperitos animos impellere paulatim nocturnis
colloquiis; aut flexo in veſperam die, delapſis melioribus, deterrimum quem-
que congregare, mox concionabundus ad ſeditionem concitare exercitum
otuit, cujus Dux factus eſt ſub ſpecie poſcendi ſtipendia & miſſionem. Oliva-
ius illo multò aſtutior, ſuperſtitione Weigilianismi, & neſcio, cujus fanatici
rroris ſecta militem illigavit; quippe etiamſi vix fides pietaſque viris, qui ſe-
quuntur caſtra, nihilominus ſæpè ſuperſtitione reguntur. Sertorius, ut Plutar-
hus in ipſius vita commemorat albam ſecum circumducebat capram, quam
Deam Barbari eſſe credebant, cum quâ colloqueretur, eoque devotius dicto i-
pſius erant obedientes. Cum Druſus inter rebelles legiones in ſummo eſſet pe-
iculo, noctem minacem (Taciti ſunt verba) & in ſcelus erupturam fors leni-
it: ex lunæ enim eccliſi mobiles & ad ſuperſtitionem per culſæ mentes ſua fa-
inora averſari Deos lamentabantur; qua inclinatione Druſus utebatur, & quæ
aſus obtulerat, in ſapientiam vertebat. Hic quoque cum videret inclinare ple-
oſque ad ſtultas viſiones & imaginariam devotionis cujuſdem novitatem, ver-
it hæc in ſui emolumentum. Ita in ſe involutus ſanctimoniam fingere exter-
iam, componere mores ad modeſtiam, exuere luxuriam, precari in aliorum
onſpectu, in colloquiis de Antichriſto evertendo diſſerere, de aureo ſeculo
multa prædicere, Regum imperia ſenſim perſtringere, libertatem laudare, tan-
dem quoque concionari. Illis, qui infecti erant hâc hæreſi, hæc erant grata, aliis
quoque, quia erant nova: multi enim in Anglia faciles fuere ad opiniones, & ut

Barclajus,

Barclajus, qui in illa genitus est, satyricè notat, Pater fuit, qui cum binis fil
suis Ecclesiam formaverat singularem: mox discordia orta ille hos, hi illum e-
communicaverunt, tandemque dissentientibus quoque fratribus, tres Ecc-
siæ in tribus Personis & in eadem fuerunt domo. Et quandoquidem in Par-
mento non exigua jam illa lue pars erat contaminata, Cromvellium admiri
cœperunt, & arbitrari, illum esse idoneum suæ factioni asserendæ. Timeb t
tunc adhuc Presbyterianos, & ita simulabant, sed quia inferior domus, ut d-
crepabat religione, consentiebat tamen in Nobilitate destruenda, ita, exe i-
tu Comitis Essonii subacto à Rege, Fortitudo & prudentia Cromvellii co-
mendari cœpit. Cæterum Fairfax manu strenuus, felix quoque præliorum -
ventu, & majoris dignitatis, quem contemptui habere non poterant, decl a-
tus fuit Militiæ Imperator; Cromvellius ipsius Legatus, ut ille sagitta esset, ui
re ipsa Regem & Angliam vulneraret, hic autem sagittarum Faber, qui con o
Regem & omnem occideret libertatem. Respondit conatibus fortuna, ad iá
favor hominum inclinat, qui facilè nervo belli pecuniâ ab illis, qui Metrop in
Angliæ, caput rerum, & Regni reditus possidebant, conciliabatur; boni ne
quidem sub pœna vitæ & fortunarum mussitare audentibus, cum Rex int ea
commeatus rerumq; armorumq; penuria, proditionibus, ac multorum p i-
dia vexaretur. Ab his igitur, qui ultimam operi applicuerunt manum, victu u-
it, utpote cujus Majestas & potentia jam dudum erat circumcisa, ut cæd e-
tur. Redactus ad extrema ut periculum Princeps evitaret, ad Scotos conf it,
ex Scylla in Charybdim, ex captivitate, quam metuebat, in captivitatem ip n.
Victorias Cromvellii (Fairfaxii enim, qui manu plura fecit & nunc civi ter
mortuus est, jam nulla fit mentio) si ad Tiberij res gestas referimus, hic glo o-
sos, ille pudendos & ignominiosos egit triumphos. Sed venio ad Imperi ut
confirmandi, aut adipiscendi arcana, id est, ad simulationes, insidias, cæd &
parricidia utriusque. Imperium à Patre acceptum habebat Tiberius, sed u m-
perandi esset certus, Agrippam Posthumum ferocem quidem, & viribus f li-
dè audacem juvenem, nullius autem sceleris compertum occidi jussit: se u-
dore anxium animum stimulante, cum Centurio, acta esse referret, quæ pse
mandasset, se non jussisse dixit, & rationem facti esse reddendam apud Se tú,
ut Patris jussa simularet, & ita, procedente tempore facti exolesceret mem ia.
Cromvellius, ut perveniret ad rerum summam, à nefando fabulam orsus e lu-
dere parricidio probissimi Regis, ad quod patrandum non Centurione u-
num, sed multos elegit; neque in remotam exigui spatii insulam illos misi ed
in curiam Angliæ; non ut jussa Patris (quia ipse Patriæ Pater erat occiden is)
ed

d ut jussa populi, imo justitiam simularet, cum facti memoria nunquam esset termoritura. Miseranda fuit Aggrippæ cædes, sed hæc, quæ in persona Res (bona cum Miltoni venia ita loquor) est commissa, cum refertur;

Quis talia fando,
Temperet à lachrymis?

tut Ramsenitus Rex Ægypti dixit, domestica mala lachrymis esse majora, hoc malum & lachrymas & suspiria excedit. Tragædiam hanc, cujus armentum sceleratiora artificia, quam Agrippæ mors continet, in quâ festinda non tanto insidiarum apparatu erat opus, paululum uberius explica-). Abstulerat Regem fuga ad Scotos, uti antea diximus, sed venditus fuit illis, ut ipsi vicissim aliquando filius venderentur. Traditus, & in castra ductus simulatâ reverentia colebatur: erant remotiores sub specie veneraonis custodiæ, indulgebantur venationes, mensa & servitia veteri instrua more, manebantque tituli & vocabula morientis Majestatis. Quæcune Tiberius artificia ad evertendos varios in Imperio suo usurpavit, hæc in ege solo expertus fuit Cromvellius, ut si hæc scelera optatum sortirentur itum, cætera facilius, procederent. Ita jusjurandum in militia renovavit, to Angliæ & Scotiæ Natio tanquam mansuro Sacramento & fœdere coivent, Religionem & privilegia defendenda esse, sed salvo Regis capite, & diitate, & hac formula omnes Tribuni jurabant, ut deinde perjurii cum suo uce essent manifesti, cujus criminis detestandi Tiberium neutiquam comrtum esse video. Et quidem tam altâ opus erat simulatione, ut sensim exescente Regii nominis splendore, vulgus assuefieret extremis, & ut Presteriani, qui adhuc in Parlamento valebant, & ipse quoque Rex, tanquam hil metuentes malis indormirent venturis. Subodorabantur non obesis ribus, sed nimis tardè Presbyteriani, quo tendere Potentiæ vellet exercis, & ita animorum anxii cum Rege pacisci decernebant. Non abnuebant ilitum Tribuni, nec ipsorum Antesignanus, qui conscio Fairfaxio & amis & clientes, cum quibus diu convenerat, in Parlamento habebat. Ex his nnium rerum, quæ agebantur, certior factus, subornavit ex Weigilianis, t uti honestius volunt vocari, Independentibus, qui tectâ, ut illi & Socinani semper faciunt, sua Religione pro tempore, Regiæ parti studere videntur. Sub hac specie in ipsa secreta Regis abstrusi omnia percontabantur, iæ ad suos referrent, & cum jam ad concordiam res spectaret, impedient consilia pacis, admonendo Regem, ne oblatas acciperet conditiones, eliores enim esse secuturas, si modo instaret. Cæterum detectâ à Scotis hac

fraude, qui tunc Commiſſarii, uti vocabantur, intererant Parlamento, cum re
omnes vergerent ad pacem & Angliæ ſalutem, Cromvellius ſubtiliſſima rum-
pendi ſanctiſſimum opus conſilia excogitavit. Quibus intricatus colloqui cum
ſuæ ſectæ Tribunis, oſtendere Presbyterianorum conſilia, & ſuæ Religioni
pericula, commendare pulcherrimum opus ad libettatem, qua impetrat
Chriſti regnum poſſet propagari: perſuadere gregario militi, fraudatum iri il
los ſpe ſua, & meritorum, quibus pro Patria æternam comparaſſent famam
nullam habitum iri rationem; neque præmia, ſed pænas, aut paupertatem eſſ
obventuram. Præparatis honorum & prædæ ſpe aut falſa opinione animis, U
liſſi opus erat Calchante Miniſtro: & hoc longè aſtutiorem invenit hominem
qui ut Proteus in omnes ſe poteſt induere formas, modo infulâ, modo togâ
modo ſago conſpicuus, illeque (quia hoc nomine notiſſimus eſt) *Meiſter Pie-
ter* vocatur. Concionator Rotherodami fuit Eccleſiæ Anglicanæ, ſed Theo
logici ordinis opprobrium & dedecus à bonis habetur, in concionibus ſuis mi
micis geſtibus hiſtrioni, quam Concionatori ſimilior, vulgo novitatis avid
gratus, quippe dicax facile illud impellit. Ille in ntima admiſſus Domini ſi
conſilia Londunum venit, & quaſi caſu obviam factus quibusdam Concionato
ribus æquis, quos Synodi membra eſſe ſciebat, inſinuato ſermone, de pericul
quodam Regis fari cœpit; mox, ac ſi verba hæc ex improviſo excidiſſent, cun
ctabundus, ut eò magis crederetur, inſigne eſſe ſecretum, in quod ille ſe pene
traſſet. Ita ſerio rogatus ſub fide ſilentii expromit, milites, quos novo titul
Actionarios appellabant, inſidiari Regis vitæ, nullumq; conſilium eſſe, niſi Re
fugam præcipitem capeſſeret. Hi boni homines ſuo candore decepti, & terri
hæc ad Synodum referunt, quæ & ipſa perplexa Regem inſtantis periculi p
literas clanculum miſſas, ſed tamen facilè ab exploratoribus Cromvellii, quo
in ipſo Regis cubiculo habebat, detectas admonuerunt. Hinc Rex trepidar
cœpit: & hoc gratum Cromvellio, qui, ut augeret timorem, ſæpe Regis vult
manipulos militum objecit inter ſe diſputantes, ac quaſi aliquid magni auſ
ros. Sub hac facie rerum Diaconus Regis Hammon vir egregius, & ſcriptis e
imiæ eruditionis in Novum Teſtamentum notis celeberrimus ad Germanu
ſuum inſulæ Vectis Gubernatorem literas mittit, & interrogat, an Rex fug
certus illic foret ſecurus. Reſpondet ille, Regem pro Majeſtate exceptum ir
& inſulam eſſe natura commodam, arcemque inacceſſam: ſed hic quoque fra
ter à fratre non erat tutus; ille quippe à Cromvellio omnia conſilia intercip
ente erat corruptus. Rex ante fugam Cromvellium accerſit, qui ſolito more a
genua Regis ſe ſubmiſit, non tamen eo animo, quo Tiberius, ut ſuperius rett

limu

lius, Patrem fuit veneratus, sed ut Judas Dominum proditurus ultimum ip-
is dextræ osculum posuit, lamentatusque de periculo sanctè juravit, se velle
sum vitam pro Rege & ipsius liberis in ultimum exponere discrimen. Ita Sy-
n pessimus ille apud Virgilium simulator:

Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor Numen ait:

tamen fefellit, cœlitumque opus Ilium destruxit atque evertit. Ludebat
in juramentis ut tesseris Cromvellius, nihilque illi poterat videri nefas, qui
des cogitabat & parricidia Nam ut fures sæpe parvulum puerum in fene-
ram imponunt, ut januam aperiat, ita Diabolus peccato aliquo, quod exigu-
n videtur, aperit hominum animos, ut deinde ad omnia flagitia valvæ pate-
it. Sciebat Cromvellius tempus fugæ, & ita clauserat omnes vias, excepta illa,
er quam ad insulam Vectim iretur, unde Rex elabi non posset. Nunciato Re-
is discessu, tota Civitas Londunensis, quæ civilibus bellis fessa lætam pacis
em conceperat, in horrorem conversa est, quem latius fudit *Meister Pieter*,
adjuncti ipsi Ministri, vociferantes in omnibus popinis & conventibus, ni-
il boni posse à - ege sperari, esse illum ab omni pace alienum, malle nova ex-
itari incendia, fundiq; civium sanguinem, cujus sitiens esset, & sine omni du-
io (nam hoc semper larvæ addendum erat) cum Pontificiis nova consilia cu-
i; jam extrema igitur esse tentanda, & melius esse unum cadere, quam uni-
ersos perire. In Parlamento Independentes exultabant gaudio, Presbyteriani
lolore [illegible] confusi, cum in illa trepidatione Cromvellius exercitum urbi ad-
novit, & illam, cum cives arma capessentes & pavor & discordia exagitaret,
celeri impetu in suam redegit potestatem. Præsidio statim occupata fuit arx
urbana, quæ Tour appellatur, miles in omnium platearum angulos ad excu-
bias divisus, templa equestrium copiarum stabula facta, Regum palatia, ut
magnificentiæ antiquæ memoria periret, & minax ubique rerum facies osten-
taretur. Quemadmodum illi, qui vastæ molis, & excelsi fastigii turrim ædifica-
re volunt, temporis interponunt moram, ut fundamentum superimposito o-
peri an idoneum sit ferendo exploretur, & cæmenta calce conjuncta exaref-
cant: ita hæc turris Babylonica, ex qua Cromvellius cœlum, id est, imperium sui
Regis oppugnaturus erat, cunctatione ad lapides in ordine locandos & conne-
ctendos, id est, ad animos Anglorum aut explorandos, aut cogendos indige-
bat. Expellebãtur interea ex Parlamẽto Presbyteriani, aut quicunq; Regi fave-
re, & aliquid posse credebantur; sed sumpto prætextu, illos esse *Malignantes* (hoc
vocabulũ adhuc durat in bonos) & Angliæ vim velle facere libertati. Hæc jam

 erat

erat in ore, cum vim suam ulterius non posset experiri titulus Religionis, cui Regem non esse infestum ex manifestis indiciis deprehenderat vulgus, quamvis semina suspicionis subinde spargere non desinebant mali. Sed illi qui non credebantur, consensuri in Regis mortem, inducebantur, Regem tantum esse adducendum ad tribunal, ut terror ipsi injiceretur, certæque præscriberentur leges, quibus illigatus deinde novos non posset concire motus, aut vindictæ exardescere cupiditate. Inter milites, quorum maxima pars, cæteris aut expulsis, aut subactis, Independentium lue erat contaminata, & ad parendum expedita spargebantur sermones & conscientiæ casus non solum de Religione, sed etiam de Hybernorum cruentis cædibus & horribili in Reformatos crudelitate, imo de sanguine in Anglia in tot prælijs fuso, quæ mala omnia falso tribuebantur Regi, ut omnium animis exacerbatis, facilius judicaretur Tyrannus, & sensim invalesceret opinio, Reges quoque posse plecti. Et profecto Rex, cujus Majores à Gulielmo Conquisitore Regnum possederant hæreditario jure, & jus belli & pacis habuerant, id est, jura Majestatis, extremi sceleris erat postulandus, ut redderetur odiosus. Sunt multi, qui non legerunt historias, in illos delapsi errores, ut putent, Reges Angliæ Parlamentis fuisse subjectos, & ita cæteris Regibus minores, sed ego illos nullis Regibus potentia absoluta cessisse adseveraveri: quippem qui bellum inferre, & contrahere pacem, aut fœdera, nullo interrogato, poterant, qui tantum jus vitæ & necis in cives habebant, ut nemo, nisi ipsis consentientibus, ad supplicium abstrahi posset, qui Parlamenta, quæ illo momento, quo Rex volebat, dissolvi poterant, convocabant, qui si leges novæ essent ferendæ, aut nova exigenda tributa, & cum supplices rogarent Parlamenti Senatores puram habebant negativam, omniaque, quæ conclusa erant, si illi non subscriberent, irrita, & infecta faciebant. Si pertinerent hæc ad nostram comparationem, latius hæc deduci possent, ex Camdeno, Thuano, & aliis, & ex decimo tertio libro Meterani, qui in Anglia, cum illa scriberet, vixit, & addidit, Reges esse instar sanguinis, vitæ & animæ totius Angliæ, nullosq; Reges majori reverentiâ & cæremoniarum ritu coli. Duo crimina objecta sunt Regi, Religio, & Hybernorum immanitas, quæ solummodo (cæteris querelis de tollendis Parlamentis, & legibus fundamentalibus, quæ jam omnia sunt à Patronis suis eversa & pessumdata, in ventum dilapsis) in multorum animis aut infixa sunt, aut aculeos habent. Prius illud non invenit fidem, nisi illorum, qui simplices sunt, ut columbæ, sed non prudentes, ut serpentes: quippe quia Rex uxorem habuit Pontificiæ Religionis, verisimile & tunc & adhuc videtur, ipsius eũ cessisse amori, & de mutanda Religione cõsilia inivisse.

Sed

Sed purum hoc eſt hoſtium ipſius figmentum, quo boni quoque decepti ſunt ſuo improvido & neſciente artes politicas Religionis zelo; quippe, ſi morituris eſt adhibenda fides, ipſe Rex, & tot alij extremo mortis articulo & proteſtati ſunt, & ſpecimina Religionis dederunt: imo Theologi, qui à teneris unguiculis uſque ad ultimum ſecuris ictum in conſcientiam Regis puriſſimam inquiſiverunt, contrarium magnificè teſtantur. Quæcunque pro Epiſcoporum autoritate tuenda, aut contra Puritanos acta ſunt, & quæ ad librum precationum publicarum, & ritus Eccleſiaſticos in Scotiam invehendos pertinent, illa adverſus ſectas, quarum in Anglia eſt ſcaturigo, directa fuerunt, & ad tuendam Regiam autoritatem in regimine Eccleſiaſtico, cui propugnando nunquam tam dura adhibuit remedia Divus Carolus, quam Eliſabetha. Hæc illius alio tempore & in laxiori tractatu deducere decrevi; jam quia non Apologiam, ſed comparationem inter Cromvvellium & Tiberium ſcribo, his, quæ dixi, contentus, ne latius juſto evagatus videar. Alterum tamen reſtat de Hybernis, quorum ſævitia barbara miſericordiam in occiſos, odium violentum in Regem provocavit. Adſeveraverim ego non Regi, ſed illis, qui in Regem hanc noxam detorquent, miſeriam occiſorum eſſe exprobrandam. Dulce Religionis nomen nos titillat; obſequium amicos, veritas odium parit: ſed tamen hæc dicenda eſt, ut eo propius ad ipſam veritatem, quæ eſt Chriſtus, accedamus, & confiteamur neminem ſine crimine vivere, & ab abuſu non tolli rei uſum; quippe qui nunquam vult ſcire, ſe erraſſe, ille videtur non voluiſſe inter homines eſſe natus. Fuit ſubacta Hybernia ab Anglis quia placebat, ut Achabo vinea Nabothi, quæ ipſius hortis erat contigua; ſed promiſſa fuerunt Religionis libera exercitia, & Magiſtratus gerendi honores. Angli, (de bonis non dico) qui rerum ſummæ in illo Regno præerant, inſolentiores ſatis acerbè illos tractabant: & quidem Barclajus, qui ipſe Anglus eſt, in Icone, quam ſcripſit animorum, ſuperbiæ vitio multos inter populares ſuos obnoxios, &, cum peregrinis imperant, non tractabiles eſſe confitetur. Cæterum ad excitandum feracis & ſemibarbaræ Nationis odium & Jacobus & Carolus multum nimiâ contulerunt indulgentiâ, non in Hybernos, ſed in quoſdam Reformatos Anglos & Scotos, & quidem illos, qui *Regionem* non *Religionem* amabant. Hi veniebant in aulam, & præfati, multa loca in Hybernia eſſe deſtituta incolis, de Coloniarum utilitate apud Patronos ſuos diſſerebant, tandemque ſupplices eos agros, quos limitibus ſuis & nominibus definiebant, à Regibus, & præſertim Jacobo petebant, qui decepti Regia liberalitate donabant. Trajiciebant itaque in Hyberniam, & oblatis Præfecto Regum mandatis, in loca veniebant

 niebant

niebant non vacua, uti in Aula dixerant, ſed à longo tempore ab inhabitantibus
hæreditario jure poſſeſſa & exculta. In horum villas & agros violenta involа-
bant poſſeſſione, eoſque ex majorum ſedibus expellebant, Regum mandata
cauſati. Non igitur Divi Caroli ſævitia, ſed effuſa, & amalis decepta benigni-
tas, ortaque deinde adverſus Regem rebellio irritavit Hybernos, qui cum re-
ditibus ſuis deſtituti diu erraſſent, cæterosque ad miſericordiam & ſui exem-
pli terrorem convertiſſent, omnes priſtinæ libertatis memores, barbaraque
vindicta æſtunantes, turbatis in Anglia & Scotia rebus, Anglos & Scotos, ut
olim Siculi Gallos, una ſtrage obruere decreverunt, ad quam celeriter expe-
diendam fœdiſſimam illam ediderunt laniænam. Ab hac culpa Rex modera-
tiſſimus, & ſua natura ab effuſione ſanguinis humani abhorrens longe fuit re-
motus, ſed hoc ſtigma ipſius Majeſtati hoſtes inurere conſtituerunt, ut omni-
um mortalium à parricidio averterent miſericordiam, illudque ſub ſpecie ju-
ſtitiæ obumbrarent. Vibulenus gregarius miles, Tacito teſte, tumultuante ex-
ercitu, ante Blæſi tribunal adlevatus apud turbatos commilitones, *Vos quidem*
inquit (nam carcere effracto captivos liberaverant) *his miſerrimis lucem & ſpi-*
ritum reddidiſtis, ſed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem Blæ-
ſus per gladiatores jugulavit. Reſponde Blæſe, ubi cadaver abjeceris. Ne hoſtes qui-
dem ſepulturam invident: cum oſculis, cum lachrymis dolorem meum implevero,
me quoque trucidari jube. Et pectus atque manibus os verberans ille nebulo
tantum conſternationis dedit, ut haud multum ab exitio Legati abeſſet, niſi
compertum fuiſſet, nullum reperiri corpus, nec unquam homini mendaciſſi-
mo fratrem fuiſſe. Tam inani rumore, cum querentium ſuſpiria, lachrimæ &
ſingultus adduntur, efficaſiſſimè ad miſericordiam incenditur multitudo, &
deinde cum malorum, quæ tolerata ſunt, culpa in aliquem confertur, in illum
ira & crudelitate flagrat. Cromvvellius eodem modo, cum jam drama ordi-
naſſet, & tandem tragædiam publicè exhibiturus eſſet, vehementiſſimos u
provocaret affectus, in omnibus Independentium conventibus, in quibus te-
xtores & laniones, imo fœminæ ſolebant prædicare, & vaticinari, præterita-
rum repeti in Hybernia rerum memoriam, quæ exoleverat, curavit, & ſubor-
navit dicaciſſimos inter illos, qui imaginis inſtar auditoribus ſuis ſtupratas pu-
ellas atque uxores, liberos à parentibus avulſos, morientium vulnera, cadave-
ra mutila, & ſemiuſta & talia tyrannidis portenta adumbrarent. Quibus adjun-
gebant cruenta civilis belli prœlia & inde profluentia mala, vaſtitatem urbium
atque agrorum, viduarum & orphanorum multitudinem, & tandem in epilo-
go omnium miſerabilium caſuum culpam in innoxij Regis caput derivabant

Movebant

Movebant hæc leviorem turbam, & præſertim mulierculas, quæ prorumpentes in lachrymas & gemitus vindictam poſcebant, quibus ſe intermiſcebant non unus, ſed multi Vibuleni: qui alter patrem, alter fratres; hic affines, ille cognatos miſere intercidiſſe dolebant, & quorum propinqui neq; in Hybernia fuerant, neq; in acie ſteterant, cœlum novis gemitibus implebant; vociferati promiſcue: *Reddat illis Carolus vitam; reddat nobis Rex illos*, aut cognoſcatur de illius crimine, ne & nos ab ipſo trucidemur. Idem in diverſis libellis à Parlamento ſupplices petiverant militiæ Duces, & ideo, reſponſione non accepta, in urbem tranſtulerant, uti diximus, arma, id, quod precibus non poterant, vi impetraturi, & tamen pro lubitu leges Majeſtatis fingendo & interpretando Tiberio non ceſſuri. In hoc ſtatu rerum Rex ex inſula Vecti, in quâ pudendis affectus contumelijs excelſum animum ad patiendum confirmaverat, ducitur in urbem, & quidem Suam, ſed quæ in alios Dominos lapſa Domino Suo & ſibi exciderat. Comitabantur euntem Milites, non ut averterent pericula, ſed ut periculis & morti illum ſervarent. Dabatur ſua ipſi domus pro carcere, ut Regius animus atrocioribus dolorum ſtimulis pungeretur, cùm cerneret vaſtam ſolitudinem & conclavia pretioſa ſuppellectile, quæ prædonibus diu ceſſerat, orbata, & inde in mentem anxiam veniret memoria priſtinæ Magnificentiæ, & loca, in quibus imperaverat illis, qui jam imperabant; in quibus gloriæ ſibi duxiſſent flexis genibus regiæ dextræ oſculum ponere, qui jam caput volebant amputare; à quorum veſtibulo prohibiti fuiſſent, qui jam ut lictores menſæ & lecto adſtabant. Propinquorum ſolatium, quod privatis non denegatur, aut fortuna aut pernicioſa hoſtium malitia, & periculorum ademerat ipſi timor. Regia Conjux jam dudum barbarorum minis territa natale repetierat ſolum; Princeps in ſpem imperij tanti & hæreditatem genitus, ut & Frater ipſius Dux Eboricenſis, ipſo Patre conſulente, ingratam patriam dereliquerant, in qua parte honeſtorum oppreſſâ, non erant vitæ ſecuri, habebanturque hoſtes, nullam aliam ob cauſam, quàm quia non peccaverant adverſus præceptum Dei & Naturæ: & hoc ab hoſtibus exilio æterno, aut morte dignum crimen exiſtimabatur quod Parentem filiali & ingenito obſervantiæ amore proſequuti fuiſſent, ac pro ipſius ſalute pugnaſſent. Primogenita Filia Excelſæ memoriæ Principi Auriaco nupta in Hollandia vivebat: Dux Gloceſtriæ & Soror tandem ægre in paternos amplexus admittebantur, qui ad genua Patris advoluti dextram ipſius oſculis & lachrymis fatigabant, eaſq; ex circumſtantium, imo hoſtium quoque oculis excutiebant; quia eò videbantur miſerabiliores, quo minus tenera ætas ventura diſcrimina & ſuã fortunam intelligere credebatur.

Ego quotiescunque hæc curioſa digero mente, immenſum Regis animum admiror, qui maſcula ſua involutus virtute in tanto concurrentium malorum Oceano rupis præaltæ inſtar ſtetit, neque à ſede priſtinæ generoſitatis, & conſtantiæ potuit moveri. Hoc ne hoſtes quidem negare poſſunt; in fronte quippe, oculis, vultu, ſermone & ultimo vitæ articulo eodem tanta virtus comparuit habitu: & quidem eam inſpiravit Numen, & conſcientia pura, quæ nullâ expalleſcebat culpa, ut in moriente *Carolo* Rex poſſet cognoſci: & Principes Nobileſque viri illo tempore, in quod geniti erant, ut Thraſeæ Helvidium alloquentis formula utar, animum conſtantibus firmarent exemplis. Diutius opinione provectus ſui, ſed profectò, quo plura dixi, eò minus his, quæ dixi, poſſum eſſe contentus. Retuli antea ab Agrippa exorſum fuiſſe ſuas cædes Tiberium, ſed in illa comparatione ad hunc caſum nequaquam ſatis ponderoſa acquieſcere nequeo, & tamen hoc, quod non longe inferius ſit, ne quidem ullum inter vaferrima Tiberij flagitia reperio. Sed quandoquidem, ut Molinæus incomparabilis virtutis, eruditionis & famæ Theologus aſſerit, Anglico parricidio non immanius ſub cœlo exſtitit ſcelus à Chriſti crucifixi tempore, qui à Pontio Pilato Principis ſuo Tiberij nomine Judæis jura dicentis ſententia damnatus fuit, non erit inconveniens, ſi Angliæ Pilatos ab exercitu, ſed eligente Cromvvellio, tribunali præfectos Romano Prætori, facta ſimilitudine, opponam, & populum Anglicanum Miltoni, id eſt, non totum ſed minimam & peſſimam populi partem inſanæ genti Judæorum, ut utri illorum meliores aut turpiores fuerint intelligatur. Neque argui potero impietatis aut adulationis, quarum cauſſas procul à me habeo, ſi Chriſto Regum Regi cœleſti, nullique peccatis obnoxio Regem terrenum Carolum peccatorem, uti ſunt omnes homines coram Deo, ſed criminum, propter quæ ab hominibus fuit damnatus, inſontem comparo. In Pontio Pilato melioris notæ virum video, quam in Pontijs Anglicanis; in populo Miltoni eandem levitatem & petulantiam quam in Judæis deprehendo. Principes Judæorum tradiderunt Chriſtum Pontio Pilato, Judicem ſuum & omnium hominum æternum judici mortali, qui tamen legitimus Judæorum erat judex, & ſine cujus arbitrio capitalia non poterant exerceri ſupplicia, quandoquidem ille Principis (cujus Judæa imperio ſubjacebat) vices adminiſtrabat: Carolus ductus fuit à ſubditis ſuis & corruptorum militum Anteſignanis ad Judices, quorum ille Rex & Judex à Deo conſtitutus erat, & qui ne privatorum Anglorum Judices erant, utpote nec à Deo, nec à Principe, nec à Populo ad illam dignitatem evecti, ſed qui nomen & vim ſuam illegitimam armis & violentia exercitus tuebantur. Judæi accuſabant Chri-

ſtum

um perduellionis adversus Cæsarem, affectati Regii Nominis atque imperii, criminis læsæ Majestatis; & hæc omnia, quæ illi Romano nomini & jugo in-ſtiſſimi, ſi auſi fuiſſent, libenter tentaſſent, & quæ poſtea ſuo malo tentave-nt, conjiciebant mendaciſſimo ore in Filium Dei, ut exſtimularetur Pilatus præcipitem ſententiam damnationis, & ſimul quoque populus, qui ipſi *Ho-nna* acclamaverat, mobileque vulgus, tantis criminibus intellectis, ſuppli-o illum dignum eſſe crederet & pro *Hoſianna* ad vocabulum *Crucifige* accen-retur. Angli acerbiſſimis Carolum onerabant querelis, quibus dicebatur il-voluiſſe evertere Parlamenta, leges, & libertatem, ſuſcepiſſe adverſus patri-bellum, fudiſſe innoxium ſanguinem, eſſe Tyrannus & omnium ſcelerum us, quæ ipſi peregerant, peracturi erant, & continuant in huncuſque diem: & c omnia exaggerabant, non ut exacerbarent Judices, qui jamdudum cum cuſatoribus de ſententia convenerant, illiuſque, quidquid etiam defenſionis innocentiam pararetur, certi, Principis ſanguinem ſitiebant, ſed ut Rex & ius memoria in aſperrimum odium incurreret, & ita, legibus populi totius aſi juſſu datis, ſupplicio mulctatus crederetur, ipſaque parricidij infamia a-d cives abſtergeretur ſub juſtitiæ larva, & apud exteros minueretur. Pilatus r Romana gravitate inſignis juſtitiæ voluit ſatisfacere, audiendo alteram rtem, nec officij ſui dignitate inflatus Chriſtum neglexit, quamvis abjectus miſerrimum ſtatum, & latronis inſtar vinctus à Summo Sacerdote & Syne-io totius populi Judæorum nomine reus ageretur: ſed humaniſſimis illum mpellavit verbis, audivit placidè, interrogavit, imo admiratus ſilentium ul-o ad ſui eum admonuit defenſionem. Pilati Anglicani (qui tenuioris fortu-hominem, ſi ſolummodo minimo ſonitu ad aures allaberetur illorum, quam i arrogant, læſæ Majeſtatis vocabulum, ne alloquio hodie dignarentur, ſed patibulum relegarent confeſtim) Regem ſuum & Dominum contumelioſis ctaverunt verbis, dicentem interpellaverunt, ſæpius precanti, ut loquendi i permitteretur libertas, nullam audiendi ſpem fecerunt, niſi confiteretur natores in illa Curia legitimos ſuos eſſe Judices: hoc enim vehementiſſimè gebant, ut Regi, cui tamen non audito moriendum fuiſſet, illam extorque-nt affirmativam, qua avertere à ſe poſſent contumeliam, & Rex crederetur o ore in ſe jus vitæ & necis tradidiſſe illis, & ſuam agnoviſſe culpam. Pilatus nia, quæ excogitari poterant, ſervando Chriſto adhibuit media, publice feſſus, eum prorſus eſſe innocentem, nec reperiri crimen ullum capitale in o: Anglicani Pilati ex intima ſuæ ſubtilitatis cella ad perdendum Regem ex-mpſerunt fraudes, & falſa accuſatoribus ſuppeditaverunt argumenta, & te-

ſtimonia. Pilatum admonebat uxor, ne læderet juſtum, quia in ſomnio multa ipſius cauſa perpeſſa fuerat: inter Pilatorum Anglicanorum uxores nulla fuit, cui tam ſanctum dehortandi à malo maritos ſomnium immiſerat Deus, quamvis alias Enthuſiaſticus Spiritus variis illas vexaret ſomnijs & viſionibus, quas ant Evangelia ſua prædicabant: & tamen fuit Matrona Anglicana, quæ non ſomniabat, cum, repetito ſæpius à Judicibus Populi nomine, ne tertiam populi partem in cædem Regis conſentire publice clamaret, ſed tacere juſſa fuit, quia ſilebant juſtitia & leges. Pilatus cum Chriſtus dicit, ſe eſſe ex veritate, ſubridens interrogavit, Quid eſt veritas? Pilati Anglicani, cum Rex dicit eos non eſſe legitimos Judices, ludibrio ſe haberi dixerunt, & minaci juſſerunt vultu, ne ullam faceret mentionem hujus veritatis. Pilatus abhorruit à fœdo Judæorum clamore, qui *Hoſianna* ſuum lætum, quo venientem Chriſtum exceperant, edocti à Sacerdotibus ſuis verterant in miſerabile illud *Crucifige, Crucifige:* Anglicani Pilati applaudebant Miltoni populo, & diſtributis per illum Diſcipulis ſuis, qui, cum olim millies ceciniſſent, *Vivat Rex, Vivat*, jam clamabant *moriatur Rex! moriatur!* Id eſt, *ad ſecurim, ad ſecurim.* Averſurus à crudelitate ſua Judæos Pilatus interrogavit, *anne veſtrum Regem occidam?* & putavit à Nominis illius ſanctitate, qua plurimum, ut ipſe in Rep. Julius Cæſar teſtatus fuit, inter homines pollent, poſſe ſedari tumultum. Anglicanis Pilatis ſanctitas illius nominis adeo evileſcere cœpit, ut Advocatus illorum Miltonus egregiam laudem illos eſſe adeptos jactitet, qui præclaro ſuo facto hanc gentium diſſipaverint ſuperſtitionem venerandi Reges, quos omnes, ſi modo poſſent, afficerent ſupplicio, ut potirentur Regnorum. Fruſtratus perſuadendi ſuo argumento Pilatus Chriſtum flagellis cæſum producit, & ipſe miſericordia gravi concitatus eadem voluit percutere Judæos, dum eum oſtendit, & dicit, *Ecce homo*. Inter Pilatos Anglicanos nemo fuit, qui Regis contumelijs, quibus flagrorum inſtar verberabatur, afflicti miſereretur, & priſtinæ dignitatis ipſius memor, aut humanæ tantum naturæ, diceret *Ecce homo:* ſed è pectore omnem expulerant miſericordiã, & optaſſent, ut Regis filiorum & omnium, qui Regio nomini favebant, capita eodem ſecuris ictu demeti poſſent. Pilatus cum docetur à Chriſto potentiam judicandi à cœlo ipſi eſſe datam, timet Deum, quem non noverat: Anglicani Pilati Deum flocci pendunt, & Chriſtum, in cujus ſanctiſſimo nomine peccant, pejerant, occidunt, & rapiunt, quotidie crucifigunt. Noverat ſuſpicacem Tiberij & pronum ad ſupplicia animũ Pilatus, ita nulla re magis fuit perculſus, quàm illa Judæorum voce: *Si hunc dimittis non es Cæſaris amicus; & qui ſe facit Regem, ille eſt adverſus Cæſarem.* Anglicani Pilati, qui jam non habebant ſuperiorem,

em, cujus nomine terrefieri possent, consilia capessebant mutuo; *si hunc di-*
ittimus, non dividemus ipsius Regna: Sed Cromvvellius sibi, si hunc dimittunt,
on ero ego Protector, & qui Regi adhæret, ille mihi adversatur. Manus suas lavit
qua Pilatus, protestatus publicè culpam innocentis sanguinis in se non esse
onferendam, sed receperunt eam in se & suos liberos Judæi, qui deinde, cum
Deus tarditatem supplicij gravitate compensaret, in suo & liberorum suorum
nguine nataverunt. Pilati Anglicani manus non aqua, sed cruore quotidie la-
unt, & sanguinem Regis, aliorumq; innocentium non solum in se derivant, sed
populum, nam ut magna illorum pars, ita multa millia Anglorum evomue-
nt illum hactenus, & cum Christianus cessat sumere vindictam, tunc illos ju-
ulat Turca, & in Espagniola Indus cum opprobrio decollati Regis. Promul-
avit Pilatus sententiam, qua Christus cruci fuit affixus, & inter duos suspensus
trones: Anglicani Pilati securi subjecerunt Regem suum; quippe illi ipsi *Crux*
ant publica totius Angliæ, & Rex ad illorum ductus tribunale stetit aut sedit
ter trium Regnorum, imo omnium gentium latrones. Pilatus non vetuit la-
rymas, neque ipsius milites plorantes, quæ Christum sequebantur, male tra-
averunt mulierculas: sed Pilati Anglicani affectibus voluerunt imperare hu-
anis, milite jusso in vultus, in suspiria animadvertere hominum, qui si contra-
erent frontem, aut ullum darent commiserationis signum, in summo erant pe-
culo. Milites Pilati divisis Christi vestibus, de tunica certaverunt sorte: Pilati
nglicani vestes, id est, thesauros, reditus & palatia Regis rapacibus ungulis in-
r se distribuerunt, Tunicam autem, id est, Regnum permiserunt sorti, qua vi-
or, uti facile sciebat Cromvvellius, jam induit eam, & in Regio throno super-
a sua tumet. Pilatus corpus Christi, qui moriturus pro hostibus oraverat, &
atri tradiderat Spiritum suum, gratis Josepho Senatori & viro honesto dedit,
ui illud honorificè sepelivit: Pilati Anglicani corpus Regis, qui ad cruentum
rnificis ictum paratus amicis & inimicis suis totiq; Regno divinam apprecа-
s fuerat benedictionem, & animam suam commendaverat Christo, detestabi-
expo suerunt lucro, ut nummos exigerent ab illis, qui miserũ illud oculis sub-
cere volebant spectaculum, & deinde sine ulla funebri pompa illud in tumu-
m Henrici Octavi inferri jusserunt. Hoc exitu finivit Carolus vitam, Prin-
eps profecto mitissimi ingenij, qui non seculo, non moribus hominum æsti-
atis, ita credidit alijs, ut sibi credi par esse ex virtute existimavit. In scelera ho-
inũ non idonea severitate acris, ad bella civilia coactus, nullius sententiæ pro-
ter crimen læsæ Majestatis datæ, aut supplicij per rationẽ status irrogati com-
ertus, à cædibus suorũ adeo alienus, ut cũ circumdatus & ad extrema redactus

Comitis Essonij exercitus vitam deprecaretur, & à consilio Regis quidam essent, qui eum delendum esse censerent, utili consilio honestum anteponeret, & subinde diceret, se malle perire, quam permittere, ut tot cives, quorum omnium Rex & Pater esset, in suo conspectu interimerentur. Digna hæc quidem Rege vox, sed immemor fuit monitorum Jacobi, qui in Regia institutione, cum de clementia Principis agit, filium hortatur, ne nimium illi indulgeat; quippe, dicit ille, *hic ego tibi Phryx sum, qui clementissimè tractavi subditos meos, in spem prolapsus, eos fore morigeros, sed nihil aliud consequutus sum, quam ut vulgus inobediens habeam atque dissolutum.* Et profectò ut Jacobus infelix pacis amator fuisse dicitur, ita Carolus adversus Machiavelli præcepta peccavit, qui, si ab imperij exordio bella gessisset, exercitu facile fuisset formidabilis, & flagellis, securi, ac cruce, ut Cromvvellius facit, suam tueri potuisset autoritatem, & dicere cum illo & Tiberio, *oderint, dum metuant:* sed Princeps maluit esse, quam Tyrannus, Discipulus Christi, quam Machiavelli, & ita pro populo Martyr, Regumq; Protomartyr factus in cœlicolûm consortio à parricidis & hostibus suis triumphat. Peracta tota hac Tragœdia, Cromvvellius per præcones suos epilogum recitantes populum Miltoni Anglicanum excitavit ad illud, in quo comœdiæ & tragœdię desinere solent, *plaudite.* Et ut facilius applausum consequeretur, & illorum quoque, qui Regi bene cupere voluerant, recentem molliret dolorem, speciem libertatis & Reip. ostendit. Tiberius, Patre defuncto, imperandi ambiguus multa se involvebat simulatione, timebat quippe, ut Suetonius ait, ne Germanicus imperium occupare, quam expectare mallet, augebantque terrorem seditio exercituum in Germania, & falso creditus cæsi Agrippæ ultor. *Dabat quoq; famæ,* Tacito teste, *ut vocatus electusque potius à Rep. videretur, quam per uxorium ambitum & senilem adoptionem irrepsisse. Postea cognitum est, ad introspiciendas etiam procerum voluntates inductam dubitationem, nam verba, vultus in crimen detorquens recondebat. Signum tamen Prætoriis cohortibus dabat, nusquam contabundus, nisi cum in Senatu loqueretur.* Dubiam Cromvellij mentem & tamen imperij avidam varij metus turbabant: nondum subacta erat Hybernia, Scotus induerat arma, Carolum Secundũ hæredẽ Regni coronaturus, in concilio Judicũ & novi constituti Senatus quot capita, tot sensus, & pericula ubiq; imminebant. Credebat quoq; interesse famæ, ne à parricidio imperare orsus videretur, sed ut discordijs, quas videbat, & ipse accẽdebat, turbatã Rempub. quasi fessam nomine Principis acciperet; nã omnes Tyranni, ut Xiphilinus asserit, id operã dant, ut consensu populi videantur regnare. Poterat ita quoq;, intercedente tempore, discernere animos, & contrariantibus obluctari,

sed

diſſimulata ira, *quæ cum tegitur*, ut Medeæ nutrix apud Senecam infert, *no-*
Ita ſuperiori Parlamenti domo ſublatâ, penitus veſtigia morientis liberta-
inferiori reliquit, ſeque ab illius, Senatorumque poteſtate dependere dixit:
militibus ſigna dedit, & exercitum in Hyberniam & Scotiam duxit, nuſ-
um cunctatus, niſi cum in Senatu verba faceret, quem militari vi ſubigi poſ-
cæteris periculis ſuperatis, neutiquam diffidebat. Neque metuebat, ne ab il-
evocaretur Carolus Secundus: quippe ut in Sacris Literis Achitophel Ab-
oni ſuaſerat, ut Patris ſui ſtupraret pellices in conſpectu populi, ne aut huic
illi ſpes pacis affulgeret & conciliationis; ita Cromvellius parricidio Regis
nſpurcaverat illum, ne unquam de regia proſapia reſtituenda cogitaret. Et
his conſiliis nefandis gravius ineſſet pondus, de legibus Majeſtatis ferendis
liberatum eſt. Tiberius, conſultante Pompejo Macro Prætore, an judicia
ajeſtatis redderentur, excercendas leges eſſe reſpondit: & accuſati fuerunt
filiſſima, qui ſtatuam Auguſti mancipaſſent & perjurio violaſſent nomen il-
s. In legibus Majeſtatis Anglicanis ſancitum fuit, ut ſtatua Regis dejicere-
, & Carolus pateretur in lapide denuo, ac pæna capitalis ſumeretur ab illis,
i in Regis nomen & ipſius poſteros perjurii crimen detrectarent. Sed præ-
tim ſedulo in id incubuit omni cura, ut illi, qui aliquid moliri adverſus hoc
lentum poſſe credebantur imperium, ſub prætextu legis Majeſtatis poſſent
nedio tolli. Dicitur à Tacito non veteri odio Arruntius à Tiberio fuiſſe ha-
tus hoſtis, ſed dives, promptus artibus egregiis, & pari fama publice ſuſpe-
atus. Quoſdam quippe nominaverat Auguſtus, cum ſupremis ſermonibus
ctaret, quinam adipiſci principem locum ſuffecturi abnuerent, aut impares
llent, vel iidem poſſent cuperentque, & hi omnes, excepto Lepido, variis
ox criminibus: ſtruente Tiberio, circumventi ſunt. Ex Principum Virorum
rdine tres erant concluſi in carcerem, qui Cromvellio formidabiles erant,
rinceps Hamiltonius manu ſtrenuus, conſilio acerrimus, & Scotis gratiſſi-
us, alter Comes erat Hollandiæ, multis opibus animi & fortunæ ſuperinni-
is, & tertius Capellius, antiqua proſapia ortus & Dux militiæ peritiſſimus;
uos omnes novæ Majeſtatis leges ad carnificis abſtraxerunt manus. Nullus
einde fuit ſuppliciorum finis, & quicunque à delatoribus accuſabantur, nobi-
s præſertim & divites, quorum bona fiſcum locupletare poſſent, in crucem
cti ſunt, aut in exilium ejecti. Abjectæ fortunæ homines, ſi verbum excidiſſet
x improviſo, obtorto collo trahebantur ad patibulum, & mulierculę, quę flo-
entem ſub Regibus Angliæ ſtatum laudaverant, laqueo fuerunt ſuffocatæ.
Dum leges ſanguine ſcriptæ cædibus & cruore in Anglia vim exercerent ſuam,

 Crom-

Cromvellius, Hybernia domita, Scotia subacta, & Rege Carolo, qui exercitum magna sui parte inermem & quibusdam perfidis proditoribus intermixtum commeatus inopia coactus in Angliam è Scotia duxerat, victo, in urbem triumphantis more ingreditur. Tunc Londinum in servitium ruere, applaudere venienti Civis, Nobiles, & Equites, quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac festinantes vultu composito omnia fingere, & Fairfaxius prævidere futura, sed quia ipsi unus meuts, si intelligere videretur, officium & honores deponere, ac privatam vivendi eligere sortem, ne ambitiosus videretur, & periculis exponeret vitam atque fortunas. Patres Conscripti in questus vota & lachrymas effundebantur, ad Deos, ad effigiem Augusti, & ad genua Tiberii tendebant manus, ut Imperium acciperet: idem à Senatu tunc convocato speraverat Cromvellius, sed opinione sua deceptus novis tricis Angliam implicuit, ut in turbida aqua piscaretur. Et quia exhaustum ærarium sceleribus erat replendum, spoliorum totque divitiarum, quæ ex omnibus mundi partibus in Belgium Fœderatum advehuntur; cupidissimus, ad rapinas animum adjecit, & deinde ad bellum, quod classes & homines attrivit, consumpsit, atque in Oceano sepelivit. Divulsi fuerunt mariti ab uxoribus, liberi à parentibus, & in naves compulsi, illique, qui resistebant, damnati: & in urbe proscriptiones & supplicia non cessaverunt. Et ne liber esset Concionatorum Ordo, in illum quoque sævire decrevit Cromvellius, ut omnibus incuteret terrorem, ne dicerent pro concione, quæ sentirent, aut quæ sentire conscientia jubebat. Varii igitur in carcerem detrusi, & inter illos fuit Christophorus Love, homo pietate & eruditione excellens, in quo virtutem exscindere voluit. Accidit in accusatione viro egregio, quod Marcello evenisse dicit Tacitus, qui insimulatus fuit, quod sinistros de Tiberio habuisset *sermones & hoc,* inquit ille, *inevitabile erat crimen, cum ex moribus Principis fœdissima quæque deligeret accusator, objectaretque reo, nam quia vera erant, etiam dicta credebantur.* Odium Cromvellii conciverant in bonum virum delatores & accusatores, quia sævitiam & fœdas ipsius artes in privatis colloquiis perstrinxisse dicebatur, & inquisivisse judicii solertia in occultam ipsius mentem, quarum rerum cum sibi conscius esset, facile fidem adhibuit, sed ut legibus Majestatis satisfieret, additum fuit, eum cum Carolo Secundo commutasse literas, illique subsidia misisse. Non gemitus & lachrymæ gravidæ uxoris, supplicium ut in æternum ad Indias usque exilium mutaretur, precantis, non supplices Theologorum libelli, non ipsa innocentia, quam moriturus testabatur, virum à securi, cui jugulum constanti & læto animo subjecit, poterant vindicare. Cæterum inter cædes atque

pinas inquietus Cromvellius diutius expectare Imperium non potuit, quod
uidem tractabat, sed nondum sub nominis aut tituli alicujus splendore. Ti-
erius Prineipatum quamvis neque occupare confestim, neque agere dubi-
sset, statione militum, hoc est, vi & specie dominationis adsumpta, diu ta-
en recusavit, ut Svetonius ait, impudentissimo animo, sed in venerandis sin-
ulis & universis humanitatis excessit modum. Cromvellius, eum, qui vere-
ndiæ fines transivit, gnaviter oportere esse impudentem cogitavit, & cum re-
usare non posset, quod nondum offerebatur, manifestius id affectare consti-
it, & ita, curia armatis cohortibus circumdata, intravit ad illos, qui Majesta-
m Reip. novæ sustinere credebantur, quibusque juramento erat obstri-
us; & illa prosequutus fuit veneratione universos, ut silentium, quod illi o-
m imperaverant Regi, vultu imponeret irato, & deinde ad singulos conver-
s, illum moechari diceret, alterum scortari, tertium furari, alios bibere
ut aliis vitiis esse obnoxius: & venustam hanc orationem conclusit cum man-
ato suo: *exite foras*. Perterriti dicto erant audientes; eruperunt, evaserunt,
cesserunt, & clausit ille januam. Nihil gravius ipsi doluerat, fuisse inter illos,
um Principatus commendaretur, qui dicerent, si Imperium in unum esset
onferendum, dignitate stemmatis reliquos omnes antecellere Glocestriæ
Ducem, cui nullum vitium exprobrari posset; & ita ex Anglia, sumptibus mo-
ce decretis, dimisit illum, jussũ à Matris Fratrumq; abstinere in æternum cõ-
ersatione, quod præceptum à natura alienum non posse observari sciebat. Ex-
robraverunt quidam Tiberio, *cæteros, quod polliciti sunt, tarde præstare, sed ipsũ
uod præstet, tarde polliceri*:: verũ Cromvellius *præstitit*, quamvis nunquã promis-
onẽ fuisset rogatus. Ita audivit supplices, exteros quoq;, atq; Legatos, dispo-
uit negocia domi & foras: sed ut in incertum, atque ambiguum rursus omnia
nplicarentur, & sui abderentur sensus, alios Senatores evocavit, quorum con-
ensu tanquam populi nomine consequeretur summam rerum. Et hos omnes
elli adversus Belgas continuandi, & leges Ecclesiasticas & politicas, quas om-
es turbaverat, in certum ordinem revocandi consiliis ita distrinxit, ut tandem,
ericulis aut prœmiis procul ostentatis, certi, quid ille vellet, ipsi sua quasi spõ-
e & profututo Reip. consilio consessum suum solverent, & uni Cromvellio re-
um demandarent curam, adjecto novo titulo *Angliæ Scotiæ & Hyberniæ Pro-
tectoris*. Imperatores Romani Reges noluerunt vocari, ne in legem adver-
us Tarquinios latam impingerent, & ita nomen *Cæsaris* in tituli converte-
unt dignitatem: Augustus nomine *Principis* accepit Rempubl. & Ti-
erius, cum *Dominus* à quodam appellaretur, denunciavit, ne se amplius

contumeliæ caussa nominaret. Cromvellius alius vocabuli inventor, ne læderet leges & subscriptionem, qua sub effigie sua Carolus ultimus Regum nuncupatus fuerat, & ut vulgus mansuræ quasi Reip. specie deciperetur, titulum elegit *Protectoris*; quo nomine Deum veneramur, cum oramus, ut nos & alios ab omnibus periculis *protegere* velit. Sed ut decorum observaretur, neque exsors esset omnium legum, promulgatæ fuerunt quædam, quas, cum vellet, ludibrio habere posset, & inter cæteras hæ fuerunt præcipuæ, ut jus belli & pacis foret penes ipsum, imo, eo volente, quam potentiam non habebant Reges, leges conderentur, & nova imponerentur tributa, ut singulis trienniis evocaretur aliquod Parlamentum, quod tunc exercere posset supremam potestatem, sed tamen ut decreta (quod ridiculum est, & repugnat adversus promissas Imperii prærogativas) ad ipsum referrentur, sedecimque ad consensum darentur dies, unde in prapatulo vel pueris esse posset, cum dimitterentur *universi, singulos* deinde, si obstitissent suo Protectori, in summo fore periculo. Et ne leges Majestatis oblitarentur, novæ producebantur, quibus omnes, qui adversus hæc decreta dicerent aliquid, aut auderent, morte judicabantur digni, & omnium. *Malignantium* (cujus verbi latissima erat interpretatio,) bona in Cromvellii fiscum redigerentur. Leges Majestatis cum à Tiberio reductas esse commemorat Tacitus, nomen illi apud veteres idem fuisse dicit, sed alia in judicium venisse, si quis proditione exercitum, aut plebem, seditionibus denique, malè gesta Rep. Majestatem populi Romani minuisset. *Facta arguebantur, dicta erant impunia*: sed Cromvellii leges innocentia verba plectunt. Exploratores & Delatores ubiq; erant præsto, & multi ab illis, quos amicos suos intimos esse credebant, fuerunt proditi & accusati. Ut Titius Sabinus ab illis circumventus fuit, qui detestanda fraude inter tectum & laquearia abstrusi fuerant, ita nobiles & ignobiles in suis ædibus aut diversoriis fuerunt decepti. Et quemadmodum tunc temporis Roma; ita non alias magis anxia & pavida fuit Civitas Londumensis adversus proximos congressus atque colloquia, ita ut notæ ignotæque aures vitarentur, etiam muta atque inanima, tectum atque parietes circumspectarentur. Cæterum ut tristibus Protector læta interponeret, quod Tiberius quoque facere sæpe consueverat, pacem cum Fœderato Belgio inijt, non pacis amore, sed periculorum formidine, quia pro spolijs vulnera, cædes, & laceras classes abstulerant Angli in ultimo prœlio, de quibus actum fuisset, si aliquot horas Trompius fuisset superstes. Convocatum interea fuit Parlamentum, cujus autoritate confirmatum iri Protector novam credebat potentiam, & ita omnem adhibuit curam, ut à singulis urbibus aut Provinciis Deputatorum no-

rum no.

um nomina sibi exhiberentur, ex quibus illos, quos à se aversos esse suspica-
ntur, expunxit, nunc hoc, nunc aliud, sæpe quoque ridicula crimina causatus.
ongregatos tandem ex suo arbitrio Senatores, quorum numerus trecentos
ollegerat, magna cum pompa & regio instructus comitatu compellavit, mul-
de rebus gestis, Reip. Salute, & legibus, quæ omnia Tiberius in ore habe-
at, præfatus, Sed cum intimos humani pectoris recessus inspicere non posset,
dubius animi modo speraret, modo timeret, subornavit aliquem, qui con-
aria semper censendo in cæterorum penetraret abditas mentes. *Ea supere-*
t adulandi species, Tacito monente, *ut Messalla Valerius, cum censuisset per an-*
s Sacramentum in nomen Tiberii esse renovandum, interrogareturque à Tiberio,
um; se mandante, eam sententiam prompsisset, sponte dixisse responderet, neque in
s, quæ ad Remp. pertinerent, consilio nisi suo usurum, vel cum periculo offensionis.
a species supererat fallendi in Anglia, ut Cromvellii *Mesalla* surgeret, & cen-
ret non uni Protectori Reip. salutem, quam omnes suo emissent sanguine,
se permittendam, neque vicisse Populum Anglicanum, ut Cromvellio vin-
eret, sed sibi: & dum interrogaretur, an serio censeret, responderet, pro liber-
te patriæ se agere velle, etiam cum periculo vitæ. Hac libertate dicendi ex-
rompsit multorum arcanas cogitationes, de quibus admonitus Cromvellius
uarto consessus die curiam armata circumcinxit manu, & ne *universos* coëgis-
videretur, *singulos*, cum intrarent constituta hora, in vestibulo subscribere
ussit Syngraphæ, qua promittebant, nihil se adversus Protectoris nomen, aut
ctoritatem esse censuros. Patribus Conscriptis summum Tiberius tribuit ho-
orem: neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatique
egocii fuit, de quo non ad eos referretur. Protector Angliæ Parlamentum suis
eliquit consiliis, quæ in cassum cadeabnt: & cum rursus animadverteret, Sena-
us Consultum parari, quo suæ aliquid detrahi posset potentiæ, in curiam ad-
olvit. Modestus dicendi Tiberius cum in appellandis Patribus singulis & uni-
ersis sæpe excessisset modum humanitatis; *non ita dixisse*, aiebat aliquando, *me*
œnitet: & bonos & æquos & faventes vos habui Dominos, & adhuc habeo. Pro-
ector suos *Dominos* risui & turpissimo habuit ludibrio, cum diceret, nunquam
berius fuisse in Anglia Parlamentum, & adjiceret, *se nescivisse an vigilassent, aut*
ormivissent, an vivi aut mortui essent, & ideo venisse, ut cœtus illorum dissolve-
etur. Parendum fuit, & dilapsis omnibus, ad cœdes novas atque rapinas con-
ilia vergebant. Et quia populi consensu, quem omnibus artificiis quæsiverat;
mperium suum illustre facere non poterat, violentiam continuandam esse ra-
us in ista scelerata incubuit consilia, quæ Ptolomæo Ægypti Regi Philosophus
apud Lucanum in hæc verba prolapsus:

Sceptrorum vis tota perit, si pendere justa
Incipit, evertitque arces respectus honesti.

& postea

Virtus & summa potestas
Non coeunt; semper metuet, quem sæva pudebunt.

Nulla præterlabitur hebdomas, quæ non suppliciis esset funesta, nullus dies, quo non aliquis duceretur in carcerem, nulla hora, quâ non raperetur, nunquā deficiente accusatores & delatores criminum objiciendorum materia, quæ omnia si dicere vellem, scribendi exitum neutiquam essem inventurus. Tiberio haud ingratum accidisse dicitur, turbari res Orientis, ut ea specie Germanicum suis legionibus abstraheret, novisque provinciis impositum dolo simul & casibus objectaret. Protector Cromvellius vellet, (quod olim de populo Romano Caligula optasse dicitur) ut totus ille populus Anglicanus & Scoticus, qui pristinæ libertatis meminit, aut Regii Nominis, unicam haberet cervicem, aut ut omnes cum Pennio & Venables objicere posset Hispanis & Indis, aut tempestatibus & fami. Machiavellus instruxit suum Principem hac præcipue doctrina, ut populum subactum semper bello & miseriis premat, ne is in felici rerum statu de libertate recuperanda cogitet, sed servituti adsuefiat, & ut ita Duces & nobiles viros sub specie honoris, quos alios tollere non posset, aut removeat ab aûla, aut bello consumat Non callidiorem Machiavellus discipulum, si cum Diogenis laterna in toto quæsivisset orbe, invenire potuisset quam Cromvellium, qui solertissimè Magistri sui axiomata in praxin cōvertit, & bellum ex bello serit, ut populum affligat. Neque aliam ob causam reduces Penniū & Venables in carcerem compegit, eosque, cum non possent aut deserti, aut proditi convinci exercitus, ab omni cum ignominia dejecit dignitate, quam quia non manserant in Jamaica, ut cum cæteris bello & inædia perirent. Et quidem non solum omnes, quos etiam levi indicio suspectos habet, pessumdat, sed sæpe scelerum ministros, ut perverti ab aliis nolebat, (quod de Tiberio Tacitus dicit,) ita plerumque satiatus, & oblatis in eand m operam recentibus, veteres & prægraves affligit. Quotiescunque vel sexcenta ejusmogi crudelitatis exempla metitando percurro, non possū non impense admirari, homines esse, qui putant, eum esse Religionis Reformatæ Adsertorem atq; Vindicem. Sed hi boni Viri, si ex fructibus, ex quibus, ut ipse Christus ait, bonæ & malæ arbores distinguuntur, Cromvellium examinant, neutiquam tam insignem injuriam, uti spero, Religioni facient, ut opprobriū humani generis in sanctum illius Nominis album inscribant. Nullam ille in pectore suo fovet, &, si quam habet, Socinianam

ocinianam callide tegit Religionem, quæ dulci spe non duraturæ in æternum
œnæ malos demulcet. Quemadmodum nulla gens est, neq; tam immansveta,
eq; tam barbara, quæ etiamsi ignoret, qualem Deum habendum esse deceat,
amen Deum habendum esse sciat: ita nullus est tam fœdus Tyrannus, qui non
a quod Religionis nomen profiteretur, & præsertim illius, quam ad imperium
tabiliendum utilem sibi esse putaret. Hoc Ethnici & Turcæ intelligunt, quos
Machiavellus laudat, & quibus svadet, ne Religionem mutari patiantur avi-
um, præsertim si populum illius prætextu in obedientia continere possint. Sed
orsan dicent, expelli Pontificios, & illum eorum esse hostem, imo interesse
oncionibus, & assiduè precari. Sed imitatur Tiberium, qui Ægyptios Judai-
cosq; ritus compescuit, coactis, qui superstitione utebantur eâ, Religiosas ve-
tes cum instrumento omni comburere, Judæosq;, vel similia sectantes urbe
ubmovit, & vota pro itu & reditu suscipi passus est, supplicationumq; dies con-
tituit, cum scelera patrare vellet, aut cum illa essent peracta; & cum certus pro-
ul ab urbe agere, & omnibus virtutibus indicere bellum, discederet in Cam-
aniam, specie dedicandi templa apud Capuam Jovi, apud Nolam Augusto pie-
tatem simulavit. Æstimant nonnulli Protectoris misericordiam & liberalita-
tem, qua in Waldenses fuit effusus: Sed, Tyberio quoq; supplicante, Senatus
consulta facta, ut civitati Sybyraticæ apud Asiam, Ægirensi apud Achajam mo-
tu terræ labefactis subveniretur: erat illa quippe, testante Tacito, *erogandæ per*
honesta pecuniæ cupiens, quam virtutem diu renuit, cum cæteras exueret. Sæpe
Tyranni liberalitate auram occupant popularem; & Cromvvellij misericordia
est Politica, non Christiana, ad ostentationem, non ad charitatem illam facta,
quam Divus Johannes in epistola 1. describit, cujus 4. caput his concludit ver-
bis: *Si quis dicit; ego amo Deum & ille odit fratrem, ille est mandax*: quippe qui
suum fratrem *non amat, quem videt, quomodo ille Deum amare potest, quem non*
videt? Ego ex hoc argumento interrogo, quomodo potest Cromvvellius ama-
re Fratres Waldenses, quos non vidit, neque novit, qui fratres suos in Anglia,
quos videt, terribili odio habet, eos urit, secat, occidit, vendit, & omni suppli-
ciorum genere excarnificat? Si quis dixerit hoc *rationem* poscere *status*, hunc
ego rogo, ut ex Christi præceptis, aut dicta epistola *illam rationem status* mihi
demonstret. Cæterum si Principem Machiavellicum laudant, qui cum Cæsare
Euripidis versus in ore habet: *Si jus violandum est, regnandi gratia violandum*
est: aliis rebus pietatem colas, tunc ego concessero facile, Cromvvellium Princi-
pem esse egregium & prudentissimum. Cæterum Imperij cupiditas ex ferreo il-
lius pectore omnem relegavit misericordiam & charitatem, qui implacabali
odio

odio in Regem suum, omnemq; regiam Prolē adeo exarsit, ut libenter illi aqua & igni ubiq; interdiceret, aut, ut Tiberius Augusti filiam, consortio hominum frui vetaret, dum nō potest occidere. Sunt alij, qui admirantur felices successus & detectas conspirationes: sed hi facile suam ponent admirationem, si in sacris & profanis exempla evolvunt Tyrannorum, quibus pro tempore, permittente Deo, omnia ex voto fluxerunt. Extra Angliam suam armis non vicit, sed graves passus fuit jacturas: & Miltonus, qui ab illo tempore, ex quo adversus Reges scripsit, oculorum cæcus factus tunc quoq; animi cœcus fuisse videtur, cum scripsit Cromvvellium suum triumphare. Euduit Cæsarem, & alius civilium bellorum fieri mentionem, & ita non à Pompejo, & alijs, sed à gentibus externis triumphos reportabant, quarum nomina, & signa præferebantur. Inter Pompæ suæ Triumphalis fercula, necesse foret, ut Cromvvellius præferri curaret Regis caput, secures, sed fascibus expeditas, patibula, & cruces. Et quidem à clamantibus, si pro *Cæsare Cromvvel* ponitur, applicari illi possent versus, quos in Tiberium conditos esse dicit Svetonius:

Asper es, immitis, breviter vis omnia dicam?
Dispeream! si te mater amare potest.
Aurea mutasti Saturni secula Cæsar,
Incolumi nam te, ferrea semper erunt.
Fastidit vinum, quia jam bibit iste cruorem,
Tam bibit hunc avidè, quam bibit ante merum.

Aut illos, quibus decori ingenij Belgicus Poeta interrogatus, quid de Cromvvellio & Angliæ statu sentiret, respondit:

Doelt jemandt, die daer seit, dat daer de Droes en Hel is?
Daer OLI in het VIER en' t KROM en 't moorden VVEL is.

In Sexennio suo, quo à Regis morte, aut specie aut titulo rebus Angliæ præfuit, plura parricidia & alia intestabilis sævitiæ scelera patravit, quam Tiberius in 23. annis, qui postremo in fœdissima prorupit dedecora in sua caprea, primum bonus & deinde inter bonos & malos mixtus. Verum, si deterior, uti nullum est dubium, fiet Cromvvellius, Capream in Anglia & Tyrannidis monstra habebimus. Sed avertat hoc Deus ter Opt. ter Maximus; & faxit, ut ille, quod Parthorum Rex Tiberio svadebat, voluntario supplicio justo civium gentiumq; odio satisfaciat, & Serenissimus Carolus, qui à latronibus spoliatus. Sacerdote & Levita prætereuntibus, in Samaritano, salva sua Religione, proximum invenit, in Majorum Thronum reducatur, & Regna sua possideat in pace & tranquillitate.

F I N I S.

1. Pax pax polono-suecica Olivæ d. 3 Maja 1660
2 pax Germano-suecica Monasterii Westphalor. 24 Pazd. 1648.
3 Pannonia perorata etc p. Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariæ ortu etc Petri de Reva 1652